



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 82. Aurelianensis in prælio Sant-Albinensi captus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV. occupabat, opem ferentibus quibusdam
A.C. 1488.

Anglorum peditibus, ac mille equitibus,
Trimolius, qui regiis copiis præerat, ju-
re talionis Castellum Briantii vi captum
solo æquari jubet, Augenium expugnat,
ac Felicerias & S. Albini oppidum oblidet,

§. LXXXII.

*Aurelianensis in prælio Sant-Albi-
nenſi captus.*

Jaligny
hist. Carol.
VIII.
Belleforeſt.
l. 5. c. 55.

Belcarius in
vit. Ludov.
XII. c. 4.

Britones ac Galli, qui Ducis Aurelia-
nensis partibus adhærebant, Felice-
riensi urbi opem laturi junctis viribus ad-
volant, ast tardo nimis consilio; eam
enim non minus, quam urbem sancti Al-
bini ditionem fecisse comperιunt. Ni-
hilominus Trimolius, cum pertimelce-
ret, ne recentes hæ Britonum copiæ
oppidum recuperarent, eis obviam proce-
fit, ac vigesima septima Julii die, quæ
erat Dominica, copias suas urbi admovit.
His Britones minime territi exercitum
in aciem instruunt; Galli quoque hostem
aggressuri agmen suum in tres ordines di-
sponunt; primo præerat Adrianus Ho-
spitalius, secundo imperabat Trimolius,
extremam denique aciem ducebatur Bodri-
curtius Mareſcallus. Jam tormenta bina
ex parte laxata multam globorum, ac
flammæ vim non sine ingenti cæde evo-
mebant; necdum enim Britones eam
artem

VI.
sdam
tibus,
t, ju-
ptum
gnat,
sident,

libri.

reli-
elice-
s ad-
eam
ti Al-
Ni-
nesece-
copiæ
rocel-
que
novit.
cicum
ostem
es di-
s Ho-
llius,
Bodri-
a bina
, ac
e evo-
s eam
artem

artem edocti erant, qua juxta novas mi- Sæcul. XV.
litaris scientiæ leges equestre agmen suos A.C. 1488.
ordines cito dissolvit, pedites vero supi-
ni in terra ejusmodi tempestatem elu-
dunt. Mox Trimollius, quamvis ætate
juvenis, virili tamen robore præditus in
Rivennensis Marecalli agmen irrupit,
nec tamen illius ordines perfringere po-
terat; unde parumper in transversa ho-
stium latera impetum facere compulsus,
cum nonnisi levis armaturæ equites obfi-
sterent, facili negotio eos disjecit, ac
continuato fortitudinis cursu in medium
aciem prorupit, ubi Britones Gallorum
equis vexti, nec tamen ephippiis immo-
te insidentes, una omnes a regiis equiti-
bus fusi, fugatique sunt, his vero haud
amplius in ordines redeuntibus, pede-
stres copiæ subsidii inopes ferme omnes
trucidatæ sunt, sex millibus Britonum
desideratis: Trimolio autem integra ces-
sit victoria, qua magis gloriosam a longa
annorum serie nemo alias retulisse cele-
bratur.

Captus est in hoc prælio Aurelianen-
sis Dux, unacum Arausionensi Principe,
qui inter media occisorum cadavera la-
titans mortuum se simulabat: ast a quo-
dam sagittario cognitus, idem cum Aure-
lianensi fatum subiit: brevi tamen a Bel-
lojoviensi Comitissa, cum Mariti ejus so-
norem sibi connubio copulasset, libertate
dona-

Sæcul. XV. donatus, quin etiam ab ea Britannæ
A.C. 1488. Pro-Regis dignitate auctus est. Minus

tamen propitiam Aureliæ Dux expertus
est Comitissam; hæc enim tam nobilem
captivum vindictæ suæ arbitrio relictum
fibi gratulabatur, ac gaudio inde conce-
pto imperare nescia, illum primo Lusig-
nanum in Pictavia sub valida custodia de-
duci, ac paulo post in magnam Bituri-
ensem Turrem conjici jussit, denum ve-
ro Andegavum, ubi tum Rex agebat,
delatum, in arce inclusum detinuit. In-
terim Trimollius continuato victoriæ cur-
fu Dinantium, ac Maclovium opera Vi-
ce - Comitis de Rohan occupavit; hic
enim natione Brito, Gallorum partibus
accesserat, ut eorum ope sua in Britan-
niam jura efficacius prosequeretur, quem
Ducatum sibi eo nomine deberi con-
tendebat, quod Mater sua Maria de Britan-
nia, nec non ejusdem soror Margarita
prima Ducis conjux, unicæ essent Fran-
cisci I. hæredes.

§. LXXXIII.

Fædus concordiae Gallum inter & Britannum.

Britanniæ Dux hac rerum vicissitudine
inter arcta deprehensus, in Angliam
fugere animo volutabat; non deerant
tamen, qui Duci auctores essent, satius
fore,